

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: [digibib.ub@uni-rostock.de](mailto:digibib.ub@uni-rostock.de)

---

Christian Woldenberg Caspar Habermann

## **Theses Iuridicae Inaugurales**

Rostochii: Kilius, 1668

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741217465>**

Druck Freier  Zugang



Juristisches Seminarbibliothek

R U für 1668

Christian Woldenborz, M. for  
Casper Habermann, Rup.

mit Mayr



Q. D. B. V.  
THESES JURIDICÆ  
INAUGURALES,

*Quas*

*Auctoritate*

Magnifici & Nobilissimi J<sup>C</sup>torum Ordinis  
in Illustri ad Varnum Academia

*P R A E S I D E*

*V I R O*

*Nobilissimo, Excellentissimo, Amplissimo*  
*& Consultissimo*

**DN. CHRISTIANO VVOLDEN-**  
BERGIO Crempâ-Hosat. Phil. & J. U. D. De-  
cretal. P. P. Ducalis Consistorii Assessore Gravissimo & Fa-  
cult. Juridicæ p. t. Decano spectabili, Comite  
Palatino Cæsareo meritissimo.

Pro consequendis summis in utroq; jure

honoribus ac privilegiis

*Eruditorum disquisitioni sistis*

**M. CASPARUS Habermann**

Jeverâ Frisius.

*In Auditorio Majori ad diem XVI. April horis con-  
suetis ante & pomeridianis.*



ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1668;

THESE ARE THE MESSAGES WHICH  
THEY HAVE RECEIVED FROM GOD

King of Kings and Lord of Lords.

12. *Si quis Aegyptum beatus illi es*

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

# DR. CHRISTIAN VOLDEN

BERGIO-Globe-House-Hill & T.D.D.

caro, longidens, & Leucostoma longispinis, Gouraud

... etiam quod est in aliis. etiam quod est in aliis.

## English as audience

seitl. moesten sich nun tot schließen.

卷之三

WILLIAM H. BROWN

17. *Book of the Dead* of Anubis.

<http://purl.uni-rostock.de>



## Ingressus.

**I**versas hasce ac breyes listo theses simplici  
stylo adumbratas, veritas quippe nuda est,  
verborum non querit cultum, ac operosam  
prolixitatem: Nec placet, quæ quidem dis-  
putantium solennis est congettudo, fusori  
periodo unius rei deducere argumentum:  
Sed animus fert, nobiliores controversias,  
velut flo sculos quosdam è Jurisprudentiæ nostræ viridario  
decerptos, eâ, quâ possum, brevitate proponere: pascit  
ergo hâc jucundâ florum varietate animos vestros, eosdem  
que benevolentiaæ Vestraæ aurâ afflate. Te Summe Rerum  
Sator, devota precor mente, largire Cœlestem benedictio-  
nis tuaæ rorem, ut hi florum surculiferant veræ doctrinæ fru-  
ctus Justitiae Tuæ æternum litando.

### THESES. I.

**D**ivisio Justitiae in Universalem, & particularem non est generis unit  
voci in species, nec Analogi in species analogas: primum probo, quia  
species speciem non includit: Secundum, quia nescit Philosophia  
genera analogia.

III. Recte quidam Jurisprudentiam definiunt per Prudentiam, male  
autem nomine prudentiæ intelligunt habitum aliquem distinctum à ceteris  
intellectus adminiculis, quia nulli acquisiti habitus in intellectu reperiuntur.  
Fundamentum hujus est, quod habitus sit ad tollendam potentiaæ indifferen-  
tiam, quomodo autem intellectus humanus positis omnibus ad agendum re-  
quisitis potest esse indifferens?

A 2

III. Fictiones

III. Fictio[n]es juris plurimum afferre utilitatis extra dubium est, nec tamen ideo Philosophorum fictio[n]es, quas vocant entia rationis, sunt rejicenda: Tum quia Metaphysica de illis tanquam contrario sui objecti agit, tum quia prop[ri]a totum artificium Logicum in ente aliquo rationis ficto liceat fundamentali consistere visum fuit Episcopo illi Galaguritano in suis prolegomenis Logicæ.

IV. Causarum notitia ut Philosopho summe necessaria, itaq[ue] quoq[ue] Juris consulto non indigna; in numerum tamen earum an sit recipienda Causa materialis dubium facit Lessius: movetur ille hac sola ratione, quod ejus statuendæ nulla sit necessitas. Omné enim, ait, dependentiam formarum tam substantialium, quam accidentalium à materia posse explicari absque Causa materiali, subscriberem huic Sententia, si tam recepta quam vera foret.

V. Jus Gentium non esse aliud primævum, aliud secundarium, sed unicū, cum multis statuot: quia non sunt multiplicandæ divisiones absq[ue] necessitate, speciesq[ue] rerum miscendæ, præsertim cum citra eam divisionem Jus gentium probè distinguatur à jure naturali & Civili, Ludw: Disp: ad Just: 1. Thes: 9.

VI. Nullam dari æquitatem scriptam; sed omnem esse non scriptam: præferri tamen eam stricto juri verosimilius puto. primum probat l. 16. ff. de condit. & demonstrat: fact: l. 17. pr: ff. deusur. Secundum probat l. 8. C. de Judit: l. 20. ff. de reg: Jur: Wissenb. p. 1. Disp: 2. Thes: 12. & ad l. 8. C. de Judic:

VII. Virtutes legis, de quibus in l. 7. ff. de legib: non tam ad formam, quam ejus effectus pertinent, Lex verò permittens propriè Lex est: Quæ tamen non ideo sic dicitur, quod impunitatem agendi concedat sed quatenus alios omnes, qui utentem impedire laborant, coercent: Atq[ue] hinc cavadum à Pacio, qui Cent: 1. quest: 9. docet legem permittentem non esse propriè legem, quis enim unquam dixerit, illud. XII. Tabul: uti quisq[ue] ei sub legallis, ita ius esto, legem non esse?

VIII. Antinomiam quæ est inter l. 14. ff. de Stat: homin: & inter l. 135. ff. de. V. S. male conciliat Wesenbec: in suis parat: ad Tit. de Stat homin: n. 3. vid. Hahn in not. ad Wessenb. ibidem ubi improbat Wesenbecij conciliationem. Ipse verò distinguit, aut mulier agit de evitanda pena orbitati olim statutâ, & tunc illi qualiscunq[ue] partus etiam monstrosus proderat, quia parentibus nihil imputari potest, qui l. Papiræ satis feceré: vel agit mulier de præmio & successione Liberorum §. 2. Inf. de Sito Tertullian. l. 2. ff. eodem tunc monstrosus partus ei non prodest. d. l. 14. Hanc conciliandi rationem improbat quidem

dem Edmund. Merill. ei tamen respondet Tabor in Corollar: 6. ad partit.  
Element.

IX. In l. 6. ff. de his qui sunt sui vel alieni. Jur: stultam esse rationem dubitandi, & aut ineptire, aut jocari Ulpianum, ait Bachovius. Sed ratio dubitandi solida & aperta est, eaq; defumenda ex l. 1. §. 14. ff. de agnoscend. & alend. liber. Constitutum nimurum erat Senatusconsulto, ut si constante matrimonio uxor denunciasset viro, se ex eo esse prægnantem, is aut renunciasset, se patrem non esse, aut si omisisset renunciationem, agnosceret partum pro suo: In casu ergo legis nostræ. 6. maritus aberat domo in nonum annum, inde cooperatus eus esse prægnans, denunciasset ipsa viro, se ex eo esse prægnantem secundum formam Scti, hic non negat renunciando, forte quod crederet, satis se tutum esse, partum pro suo non agnatum iri tam diu absentis, quærit jam Iesus, an, quia tacuerit maritus, pro suo teneatur agnoscere partum: & deciditur quidem satis injuriosum esse hoc loco suum heredem absenti agnasci, nec obstat Sctum, utpote quod locum habeat, si dubium sit, an ex marito partus conceptus sit nec ne? Hoc loco autem dubitari non posse: Non ergo, quod falso credidit Bachov, dubitavit Julianus, an anniculus iste per naturam possit esse filius per decennium absensis, sed an debeat haberi pro suo herede propter rationem civilern quam subministrabat Sctum.

X. Datur Dominium non solum rerum corporalium, sed etiam incorporalium proprieta dictum. l. 3. ff. si usus fr. pet: l. 15. §. 3. ff. quod vi aut clam l. 3. ff. de bon: authorit. Judic. possidend. arguento hoc assertum meum confirmo: Quæcunque res prævio justo titulo tradi potest, ejus est dominium, at qui res incorporalis præcedente justo titulo tradi potest. Ergo. Nec dicas, Majorem hujus Syllogismi esse veram, si propriæ res tradatur, secus autem impropriet: Nam si hoc effugium valer, dicam etiam ex ficta traditione se qui fictum dominium Bachov: ad Treutl. rol 2. Diff: 20. Thos: 1. Lit. L.

XI. Jurisdictionem Iure Justinianæ tam latè sumi, ut etiam merum imperium competet, sat validis persuader rationibus. l. 1. ff. de offic: ejus &c: Nov. 15. cap: 5. versi oportet. l. 2. §. 23 ff. de O. Jur: l. 1. §. 2. ff. de offic. Procons: l. 31. ff. ad L. Cornel. de Fals. Franzk: in Comment: ff. ad Tit: de Jurisd: n. 3. Dissens. Obreth: lib: 1. de Jurid: cap: 3.

XII. Nulla datur Jurisdictionis Criminalis distincta à mero imperio. l. 6. ff. de offic: procons: l. 2. §. 23. ff. de O. Jur: l. 1. ff. de offic: ejus. &c. l. 1. §. 4. ff. de offic: Prefect. utb: Et si (verba sunt Wissenbachii) sola animad. versione,

qua sic gladio, definitum fore merum imperium, non jam ille hoc haberet, cui dedit lex vel Senatus Consultum, vel Princeps, sed carnicex. *Bachov*; *vol. 1.* *D. 3. Thes. 3. lit. C. dissensio* *Obrecht d. lib. 1. de Jurid. Cap. 3.*

XIII. Recte merum Imperium extenditur etiam ad bruta animalia. Non quidem principaliter, sed per consequentiam, vel propter delictum hominis connexum ad abolendam memoriam *Can. 4. Taus. 15. quæst. 1. vel in penam hominis. §. 6. Inst. de publ. Judic.*

XIV. Non male merum imperium ex l. 3. ff. de Juridict: definitur per potestatem gladii ad animadverendum in facinerosos homines. Gladii verbum non accipitur in d. l. 3. materialiter de gladio fabrili, sed graviori criminum eoercitione. *§. 6. Inst. de publ. Judic.* sed cur potius definitur per potestatem gladii, quam securis aut teli? An idcō forte quod minus acerbitatis credatur inesse ei animadversioni, quæ sit gladio, quam quæ securi aut laqueo?

XV. Magistratibus Municipalibus competere aliquod mixtum Imperium non obscurè docent leges Romanæ. *l. 4. §. 3. ff. de damno infecti. l. 29. §. 7. ff. ad L. Aquil. l. fin. ff. de decret. ab ord. faciend. l. 131. ff. de V. §. jund. l. fin. ff. de offic. ejus &c.*

XVI. Merum Imperium, quoniam ex speciali legi, vel SCti, vel Constitutionis principis concessions competit, mandari nequit ab eo, cui Concessum est, nisi in casu absençie, cum vis facta dicitur, quod L. Julia de vi nominatim caveretur, cui causa infirmitatis non est conjungenda. *l. 1. pr. ff. de offic. ejus &c. l. 6. ff. de offic. procons. l. 70. ff. de R. J. Perez. in Cod. de Juridict. n. 20.*

XVII. Nec merum Imperium hodie potest mandari, nec tempore. Principum competit id jure Magistratus Majoribus Magistratibus. Primum patet, quia ea mandantur, quæ jure Magistratus competit, atqui nec hodie merum imperium jure Magistratus competit, quia hodierni Principes & Comes, in suis territoriis non sunt nudi Magistratus: secundum etiam ostendo arg: *l. 2. §. 32. ff. de O. Jur. psd. Bachvo. ad Treutl. vol. 1. Disp. 3. Thes. 6. lit. F.*

XVIII. Judicis dandi licentia, datio bonorum possessionis diverso respectu sunt Juris dictionis, & Imperii mixti. Quatenus enim Praetor in Judicio Constituendo, & formula concipienda judicandi normam præscribit Jurisdicçio est *l. 3. ff. de Juridict.* quatenus vero Judicem Judicio addicit, eumque judicare jubet, imperium est, *l. 12. §. 1. ff. de Judic.* Sic etiam bonorum possesso, quatenus decernitur, Jurisdictionis est, quatenus autem ejus decretum sequitur

Sequitur executio, est mixti imperii d. l. 3. ff. de Jurisdic: fac: l. 4. §. 5  
ff. de offic: ejus &c.

XXIX. Committitur, l. 10 ff. de Jurisdic: cum l. 77. ff. de Judic: varie sed infirma sunt Doctorum conciliations. Quippe alii distinguunt inter ius, & honestatem, de illa accipiunt d. l. 77. debet l. 10. de Jurisdic: Alii explicant d. l. 10. de Jurisdic: Contentio, d. l. 77. de jurisdictione voluntaria, dicendum potius erit, vel iustos in hac questione disensisse, vel d. l. 77. intelligendam de eo Calu, quo adversarius filii consentit in patrem judicem, quam praefero.

XX. Non tantum Jurisdictionem contentiosam, sed & voluntariam posse prorogari, mihi certum est, prius patet, per l. 18. ff. de Jurisdic: l. 2. §. 2. ff. de Judic: posteriori suadetur per l. 14. ff. de Jurisdic:.

XXI. Libellus post Litem contestatam mutationi nequit esse obnoxius. arg: Nov. 11. 2. Cap. 3. pr. ibi: adorem Cœpium negotiorum l. 23. ff. de Judic: l. 2. §. 11. ff. de pecunio.

XXII. Nomen actionis ne quidem de Jure civili in libello exprimi debet: l. 1. §. 1. ff. de edend. arg. l. 6. ff. de reb: credit. l. 34. ff. de condic: et demonstrat. Nec distinguendum cum Welenbecio censeo inter jus Digestorum & Codicis, hoc affirmat p. l. 3. C. de edend. l. fin: C. de interdict: illo vero negat per d. 11.

XXIII. Pactum (quod recte definitur Conventio de aliquo dando vel faciendo) est genus Contractus. l. 20. C. de pacti: l. 3. ff. de usu: l. 71. ff. pro pecun. l. 35. §. 1. C. de inoffic: testam. l. 20. ff. ad L. Cornel. de fals.

XXIV. Contractus non recte definitur ex l. 19. ff. de V. S. ulterò citro q: obligatio, nec conventio cum causa. Labconis enim definitio tradita in d. l. 19. est suo definito angustior: ob eand. rationem nequit subfistere secunda, quia non convenit contractibus consensualibus, utpote qui Causam non habent. l. 1. §. fin: ff. de pacti l. 1. §. 2. ff. de permitt. Nec Video, quid hi Authores vocabulo causa velint significari, aut enim eo significatur modus contrahendi, aut datio vel factum actuale, aut deniq; Causa aliqua finalis: non primum, quia modus contrahendi non est ipse contractus, non secundum, quia sic non conveniret contractibus consensualibus, non tertium, quia sic confunderetur contractus cum nude pacto.

XXV. Rectius cum Ludwell. D. 11. Inst. Thes. 2. definitio contractum, quod sic, conventione obligationem, efficacem propria sua, vi prouidetur.

ducens. Quæ definitio Communis est contractibus tam innominatis, quam nominatis, distinguitque Contractum probè à pactis tam nudis quam legitimis.

XXVI. Pactum nudum promissorium de j. Civili non producit actionem, etiamsi sit Judiciale, aut juramento confirmatum. l. 28. C. de Transact. l. 12. C. de pact. l. 7. §. 16. cod. JURAMENTUM enim sequitur naturam illius actus cui apponitur l. 5. C. de. l. vid: tamen. l. 7. ff. de operis libere.

XXVII. Pacta in Continenti adiecta Contractibus tam stricti juris, quam bona fidei ex parte Actoris insunt & ad agerendum prossunt. l. 4. §. fin: ff. de pact. l. 40. ff. de reb: credit l. 13. C. de pact: aliter Bachoy: vol. 1. D. 6. Tb. 10. Lit: A. & B.

XXVIII. Si pactum fuerit dubium & obscurum contra eum est facienda interpretatio, qui verba protulit. l. 39. ff. de pact. l. 21. l. 33. ff. de Contrahend: empt: Sibi enim imputet, quod non fuerit apertius locutus: Quod tamen verum est, si solum verbis sisit aliqua obscuritas, securus est, si in re ipsa sit dubium, tunc potius est, ut pro debitore fiat interpretatio l. 34. l. 60. ff. de contrahend. empt.

XXIX. Transactione in se considerata nihil aliud est, quam rei dubiae & litis incertæ conventione facta decisio. l. 1. ff. de transact: l. 17. & l. 19. C. cod: l. 46. ff. de rei vid: l. 3. §. 1. ff. ad L. Falcid. per decisionem enim rectius tam, quam per causam internam definitur transactione, quam per pactum vel contractum Franzki in Comment: ff. ad Tit: de Transact: n. 3. & seqq.

XXX. Transactione bona fide inita rescindi nequit ex l. 2. C. de rescindend. vendit. arg: l. 16. C. de transact: l. 78. §. fin: ff. ad SCtum Trebell: Gail. lib: 2. observ: 70. n. 6. & seqq.

XXXI. Transactionem etiam noctu celebrari posse, nec ei tum lumina esse adhibenda verius puto. Primum probat l. 20. C. de transact. Secundum Pater ex eo, quod nullus textus juris luminare requirat. Quod si tamen res ejusmodi sit, ut ex defectu lumine in eo possit aliqua committi fraus, lumina requiri statuimus arg: l. 1. §. 10. ff. de ventre inspicriend.

XXXII. Advocatus ante finem anni mortuus transmittit suum salarium ad heredes. l. 1. §. 13. ff. de variu. & extraord. cognit arg: l. fin: C. de condic. ob caus. dat. l. 38. princ. & §. 1. ff. locati.

XXXIII. Nulla sit licet sine dolo infamia, non tamen omnis dolus infamari. l. 1. ff. de his qui not. infam: §. 2. Inst: de pena tem. litigant. Hahn in not: ad Wesenb. t. de his qui not. infam: n. 3.

XXXIV.

XXXIV. Pugnam, quæ est inter l. 13. §. fin. ff. de his qui not. in fam. & inter l. 2. ff. stellionatus infelici successu Dd. tollere conati sunt Bachov. ad Treutl. vol. 1. D. 8. Thes. 6. lit. G. cum Treutlero distinguit, an crimen stellionatus concurrat cum alia actione famosa nec ne, pri-ori casu, ait, infamiam afferri damnato, posteriori negat. male, vid. Wissenbach. D. 9. Thes. 23. Quidam aliter Ulpianum à contradictione liberaturus distinguit inter sententiam hoc crimen securam, & non securam, quam conciliationem recte improbat Bachovius d. lit. G. Aliam conciliandi rationem afferit Lyclama, qui particulam. Non in d. l. 2. accepit pro non solum, ut sensus sit, stellionatus judicium famosum non solum est, sed & coercionem &c. sed vocula quidem concessionis nota hanc explicationem non patitur: Alii particulam Non è d. l. 2. expungunt, quod ferendum non est: placet præ cæteris Lyclama.

XXXV. Distinctio Procuratoris universorum bonorum cum sine libera in legibus nostris habet fundamentum, l. 18. l. 63. ff. de procuratorib. l. 9. §. 4. ff. de A. R. D. l. 20. ff. de novat. l. 12. §. fin. ff. de Jurejur. §. 42. Inst. de rer. divis. Dissent. Bachov. vol. 1. D. 27. Th. 5. Lit. B.

XXXVI. Procurator in rem suam procurator propriè non est, nec statuto de procuratorib. disponente continetur. prius manifestum est p. l. 1. ff. de procurat. l. 9. C. eod. l. 1. §. 11. & 12. ff. quand. appelland. posteriorius patet ex eo, quod verba statuti sint, in propriâ significacione accipienda arg. l. 18. §. 3. ff. de Instrut. vel Instr. leg.

XXXVII. Minor. 25. annis potest esse procurator non solum in negotiis extrajudicialibus, sed etiam judicialibus. §. 5. Inst. qui & ex quib. caus. manumitti. non pos. l. 1. §. 3. ff. de postul. quod verum est de Jure Civili, aliud autem obtinet de Iure Canon. cap. qui generaliter de procura-  
rat: in 6.

XXXVIII. Domino non datur restitutio in integrum adversus adversarium, cui procuratoris sui non existentis solvendo nocuit culpa arg. l. 13. §. fin. C. de Judic. Cujus ea ratio est, quod culpa procuratoris potius nocere debeat domino, quam alicui tertio, utpote cui nihil potest imputari Bachov. ad Treutl. vol. 1. D. 9. Tb. 12.

XXXIX. Universitas potest delinquere sive delictum consistat in omittendo, sive in committendo. arg. 4. 8. §. 4. ff. mand. Aubent. item quacunque communis C. de Episcop. & Cleric. l. 9. §. 1. ff. quod mer.

taus. Q. 10. I sic intelligendum, si cunctum Universitas omnibus de Universitate convocatis communicacione consilio precedente quicquam perpetraverit l. 15. §. 2. ff. quod viae clavis. Hahn. in not. ad Wesenb. t. quod Cuiusq. &c. n. 6.

XL. Negotiorum gestorum etiam ad levissimam culpam prestandam esse obstrictum multis locis traditum est. §. 1. Inst. de oblig: que quasi ex contr: nascit. l. 1. §. 4. ff. de obl: & aet. l. 24. C. de usur: l. 25. §. 16. ff. simil. hercicund: Interdum et amea vel solum dolum ut in l. 3. §. 9. ff. de negot: gest: vel levem tantum prestat culpam l. 20. C. d. t.

XL1. Minima etiata in Legibus nostris attendi explorati Iuris est. pr: Inst. de vibonor: raptor: §. 16. Inst. de rer: divisi: l. 22. ff. de damno infecto. quod Limitatur ex l. 4. ff. de in integr: restit: nisi per minus maiori rei aut summae prajudicetur l. 34. ff. de Edilit: Edili: Bacchov: vol. I. D. n. Thes: 2. Lit. B.

XL2. Restitutio in integrum non modô intra quadriennium continuum est petenda, sed & finienda. l. fin. C. de temporib: in integr: restit: excipitur actio dolii, quia adhuc hodie biennium canum durat, nec litis contestatione redditur perpetua. l. fin: C. de dolo mal.

XL3. Quod metu reverentiali, aur leviori, quam ut operetur restitutionem ex edicto quod metus causa, factum vel promissum est, restitutioni in integrum officio saltem judicis locum facit arg: l. 21. §. pen. ff. quod met: caus. arg: l. 1. §. 5. ff. quar: rer: att: non dat.

XL4. Metus sive causam det Contractibus. b. f. & stricti juris, sive in eosdem incidit, non facit ipso jure eos nullos. l. et. §. pen: ff. quod. met. Caus. l. fin: §. 1. ff. eod. l. 3. l. 4. C. eod. l. 1. C. de rescindend: rend: Hahn: in not: ad Wesenb: t. quod. met: caus. n. 5.

XL5. Non potest quis suum vel sibi debitum propria auctoritate absque judice vindicare. l. 13. ff. quod. met: caus. l. 10. ff. de Jurisdic: l. fin. C. undeviunct: pr: Inst. vi. honor: raptor: l. 7. D. ad L. Jul. d. v. p. r. v. a. t.

XL6. Actionem dolii mali non dat Praetor, nisi deficiant aliae actiones l. 1. §. 4. ff. de dol: mal: l. 2. C. eod: l. penult. §. 1. ff. de in integr: restit: Wissenbach: Disp: 13. Thes: 3.

XL7. Dolus dans causam contra tribus bona fidei facit eosdem ipso jure nullos. l. 7. pr: ff. de dol: mal: l. 3. §. fin: ff. pro socio l. 16. §. 1. ff. de minorib: paulo aliter Bacchov: ad Trentil: vol. I. D. 28. Th. 2. lit. F.

XL8. Con-

XLVIII. Contractus validus à minore celebratus & juramento; confirmatus non potest rescindi per in integrum restitutionem. l. 1. C. si advers. veudit: Autent. Sacra menta puberum C. eod; quam Authenticam multi reprehendunt, sed abs ratione, cum saluti animarum impensè faveat.

XLIX. Litis contestatio Baldo dicta Lapis Judicij angularis & principium ejusdem formale negativè tantum fieri debet. Nov. 15. cap. 3. versi: sancimus. l. 14. §. 1. C. de Judic: Wissenb: ad L. unic: C. de Litis Con- testat:

L. Ab arbitrio arbitri compromissarii nequit appellari l. 32. §. 14. ff. de recept: &c: l. 1. C. eod: l. 27. §. 2. ff. eod:

L1. Querela in officiis testamenti est ipsa hereditatis petatio novâ solum qualitate aucta. l. 8. §. 8. ff. de in offic: testam: l. 20. l. 21. §. fin: l. 27. §. pen: eod: l. 34. C. eod: Vinnius in Comment: Inst: d. t. n. 6.

LII. Ob Causas nominatim non expressas in Nov: 15. cap. 3. rectè fieri exheredationem, modò sint & quæ graves, aut etiam graviores &QUITATIS svadet ratio. Quid enim si filius quidem ipse patri non inferat violentas manus, sed inferri patiatur, cum facile possit prohibere d. Nov: cap: 3. §. 1. annon dignus tibi videbitur exheredatione? Vinnius in Comment: Inst: t. de inofficiis: testam: ad §. 1.

LIII. Legitimam non tantum titulo Institutionis parentes liberi, sed & liberi parentibus relinquere debent Nov: 15. cap: 3. ratio est, tum quod titulos ille institutionis sit honorabilior, tum quod in ea habeat locum jus accrescendi.

LIV. Legitima jure naturæ debita minui quidem, sed penitus tolli nequit statuto. §. pen: Inst: de Jur: nat. Gent: & Gr: l. 7. ff. de bon. damnat: l. 7. §. 1 ff. si tab: testam. null: extab: dissent: Perez: in C. ad Tit: de inofficiis: testam: n. fin.

LV. Ex possessione præsenti præsumi dominium cum communi- nentio. propter l. 8. §. 3. ff. Si servit: vind: arg: l. 1. §. 1. ff. de acquirend: poss: §. penult: Inst: per quas pers. &c.

LVI. Bonæ fidei possessor fructus non tantum industriales, sed & naturales per solam perceptionem facit suos, sed revocabiliter. Duo sunt controversia hac in thesi: primô, an b. f. possessor faciat etiam per- cipiendo fructus naturales suos? quod affirmo per l. 48. ff. de A. R. D. l. 136.

**F. de reg; jur; l. 25. ff. de usur; l. 28. ff de rei vindicat.** secundò an faciat  
fructus naturales & industriaes irrevocabiliter suos: quod nego per l.  
48. ff. de A; R/D. l. 4. §. 2. ff. finium regand.

**LVII.** A ctio publicana etiam datur vero domino. & in eodem  
libello potest conjungi cum rei vindicatione. l. 1. §. 1. ff. de publ. in rem:  
act: nec novum est remedium extraordinarium concurrere cum ordinari-  
ario arg: l. 2. C. de bon: pos: contra tabul.

**LVIII.** Fundi dominus licet usum fructum illius non habeat, eum-  
dem tamen alteri potest concedere. l. 63. ff. de usufr: Wissenb; D. ad Pand.  
19. Thes. 1.

**LIX.** Feudum filiofamilias concessum patri non acquiri juri no-  
stro conformius est, quicquid enim pertinet ad peculium castrale fi-  
liifamilias, id patri non acquiritur, sed ipsi filio, atqui feudum pertinet  
ad peculium filiifamilias plerisque enim conceditur illud contempla-  
tione militie. E. fac: l. 1. ff. de usu & usufr: leg.

**LX.** Usufructus etiam acquiritur per longi temporis præscrip-  
tionem. l. fin: C. de præscript: long: temp: l. 11. §. 1. ff. de publ; in rer: act.

**LXI.** Uiusfructus ultima voluntate relictus requirit ad sui con-  
stitutionem traditionem & factum heredis. l. 46. §. 1. ff. de usufr: l. 2. ff.  
finusufr: pet: l. 3. pr: ff. de usufr: l. unie: §. fin: ff. quando dies usufr: leg: ced.  
Hahn: in not: ad Wesenb: l. de usufr: n. 9. dissent: Bachor: vol. 1. D. 16. Th.  
3. lit: a.

**LXII.** Inter plures usufructuarios verbis tantum conjunctos  
locum sibi vindicat jus accrescendi. l. 16. §. ult: ff. de leg: l. 1. 89. ff. de  
legat: 3. l. 6. & 7. ff. de reb: dub.

**LXIII.** Omnes servitutes sive sunt rusticae sive Urbanae habent  
Causam continuam & perpetuam. l. 28. ff. de S. P. Urban: qui textus ne-  
quit restringi ad servitutes tantum urbanas, facit enim mentionem  
aque ductus, qui haud dubie est servitus rustica.

**LXIV.** Servitutes acquiruntur longi temporis præscriptione,  
nec in ea opus est titulo, nec scientia domini. l. 10. ff. si servit: vindicet. l.  
1. §. fin: ff. de aqua & aq. pluv: l. 5. §. pen: ff. de terr: actus, privat: l. 2. §.  
ult: ff. cod.

**LXV.** Jure Libertatis circa servitutem, aperto pariete nostro,  
fenestras in eo habere nobis licet luminis excipiendi gratia. l. 9. ff. de S.  
P. 11.

P. II. unicuique enim in suo facere licet quidvis, dum nihil immittat in alienum l. 8. §. 9. ff. si servit. vind. Nec dicas, oculos in alienum immitti, aperte enim hoc falsum est, ne quidem oculi aliquid ex te in alienum immittunt, quin potius aliquid ex alieno recipiunt nimisrum species impressas ab objecto productas.

LXVI. Lex Aquilia (quae omnibus legibus ante de damno latissimis derogat l. 1. ff. ad L. Aquil.) vindicat damnum non modo committendo sed & omittendo illatum l. 8. l. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil. Disserit Zerius in Comment. ff. d. 1. n. 7.

LXVII. Divisio actionum in rem & in personam est adaequata, nec dantur actiones mixtae partim in rem & partim in personam. §. 1. Inst. de Actionib. l. 25. ff. de obli & act. l. 1. §. ff. fin. regundor. l. 1. §. 1. C. de animal. except dissent. Bacheov. vol. 1. D. 19. Th. 1. lit. A.

LXVIII. Divisioni Bonorum ne quidem longissimo tempore prescribitur l. 14. §. 2. ff. commun. divid. l. fin. C. eod. l. 70. ff. pro soc. l. 77. §. 20. ff. de leg. 2. unde licet per totos triginta annos nemo ad divisionem provocaverit, non tamen prohibetur id facere etiam post annum trigesimum.

LXIX. Actio servi corrupti licet sit Praetoria penalis, est tamen perpetua, non autem famula l. 1. ff. de serv. corrupt. l. 13. pr. ff. d. t. l. 5. §. 1. cum duab. II. seqq. ff. de obseq. parentib. & patron. praestand.

LXX. Qui sumptus necessarios in funus erogavit, praefertur omnibus creditoribus hypothecariis, quo jure tamen non gaudet Medicus, qui & grum curavit, nec Pharmacopola, qui impendia in morbum defuncti fecit. prius probat. l. 45. ff. de religios. & sumpt. fun. l. 17. ff. de reb. authorit. Iudic. possid. posterius probat l. 12. §. 2. L. 14. §. 6. ff. de relig. & sumpt. funer. VVissenb. in C. ad l. 3. d. t.

LXXI. Diffidium, quod est inter l. 15. ff. de reb. cred. & inter l. 34. ff. mand. componi potest, vel distinguendo cum Harprecht ad pr. Inst. quibus mod. re contrah. obli. num. 83. & seqq. inter debitorem praesentem & absentem: vel etiam exaudiendo d. l. 15. de ministro nudo d. l. 34. vere de procuratore vero.

LXXII. Si decem credidero ea lege, ut reddantur undecim nummus undecimus, nec tanquam creditus, nec ut usura, nec ut donatus peti potest, non primum, quia numeratus non est. l. 17. pr. ff. de

pac<sup>t</sup>. l. II. §. 1. ff. do reb. cred it. non secundum, quia usuræ pecunia<sup>e</sup> credite ex nudo pacto non debentur l. 3. C. de usur. non tertium, quia jure st. donatio non sit pacto sed nec jure Codicis ut donatus peti potest arg. l. 35. §. 5. C. de donat.

LXXIII. Inter l. 14. ff. de reb. credit. & l. 9. §. 1. ff. ad SCtum Macedon. non pauci admittunt antinomiam: Sed male: placet Perez. in Cod. add. t. num. 6. ubi distinguit ex Pacio an pecunia à creditore bona an mala fide sit consumpta.

LXXIV. Parentibus & patronis juramentum calumniæ defendum non est. l. 8. §. pen. ff. qui Satud. cog. l. 13. §. 14 ff. de damno infect. l. 7. §. 3. ff. de obseq. parent. & patron. præst. l. 16. ff. de Jure-jurando.

LXXV. Causa jurejurando ex cōventione partium præstis decisā prætextu perjurii retractari non potest. l. 1. C. de reb: credit; l. 21. ff. de dol. mal. l. 5. §. 2. ff. de Jurejur exceptio est in l. fin; C. de reb: credit;

LXXVI. Nulla poena perjurii de Jure civili est statuta, nisi in certis casibus, l. 2. C. de reb: credit. l. 41. C. de Transact. l. 13. §. fin. ff. de Jure-jurando. l. 22. ff. de dol: mal: l. 17. C. de dignitatib:

LXXVII. Probanti per unum testem non potest deferri juramentum suppletorium, ratio est, quod unus testis ne semiplenam quidem faciat probationem de jure civili l. 9. §. 1. C. de testib:

LXXVIII. Condictio Causa data causâ non secura ex contractu nominato aut in nominato haud oritur. Actio enim ex contractu non nascitur ad ipsum contractum dissolvendum. fac. l. 1. ff. de obli: & act:

LXXIX. Condictio furtiva (utpote quæ ex delicto non nascitur proxime) datur in furis heredes in solidum, per text. expressum in l. 9. ff. de condit: furtiva. quam male Cujacius accipit de eo casu, quo lis cum defuncto est contestata.

LXXX. Qui pro alio constituit perinde ut fidejussor habet beneficium excusationis. Authent. præsente C. de fidejussorib: Nov: 4. cap: 1. fac: Nov: 136. cap: 1.

LXXXI. Actio Commodati datur adversus plures non pro parte virili sed in solidum. l. 5. §. fin. ff. commod: §. 2. Inst. de duob. reis l. 9 ff. cod. arg. l. 13. C. locati Wissenb: p 1. D. 27. Th. 10.

LXXXII. Filius familias mutuam pecuniam accipiens non potest

est renunciare Senatusconsulto Macedoniano. *l. n. ff. de SCto Macedonian. fac. l. 27. §. pacta ff. de pact. l. pen. C. eod.* ne quidem cum juralmento, utpote quod publicæ utilitati adversatur, præbeatq; occasio-  
nem corrumpendi filios fam. *l. 1. ff. d. t. s. 7. Inst. quod cumeo &c.*

LXXXIII. Filios familias à p. p. per dignitatem liberato compe-  
tit exceptio SCti Macedoniani. *l. 1. §. fin. ff. de SCto Macedon.* ratio  
est, quod liberi per dignitatem intelligentur liberati à p. p. in odiosis  
non in favorabilibus.

LXXXI. Foemina pro alio intercedens potest renunciare SCto  
Vellejano tam Judicialiter, quam extrajudicialiter. *l. ult. §. pen. ff. de*  
*SCto Vellej. l. 41. ff. de minorib. Authent. mater & avia C. quand. mul. tut.*  
*offic. fung.*

LXXXV. Mandatarius non solum præstat levem sed & levissi-  
mam culpam. *l. 13. C. mandati l. 21. C. eod. qui enim ad alterius negotia*  
accedit, de fide & industria sua spondere videtur. *VVissenb. ad l. 13. C.*  
*mandati.*

LXXXVI. A perfecta venditione ne quidem cum dispendio arrha-  
rum licet recedere. *l. 3. l. 6. C. de rescind' vendit.* Si enim absq; arrhis à  
contractu perfecto resilire non licet, minus multo si arrhae interven-  
tint.

LXXXVII. Hereditate vendita jus accrescendi ad emptorem per-  
tinere, juri nostro conformius est. *l. 3. ff. de acquirend. heredit. l. 33 ff. de*  
*reusfr. l. 2. ff. de hered. vel act. vend. Ludwell. Disp. ad Inst. 13. Thes. 3.*

LXXXVIII. Venditione perfecta re tamen nondum tradita peri-  
culum est emptoris, non venditoris. *l. 8 ff. de pericul & com. rei vend. §. 3.*  
*Inst. de empt. & vendit. l. 7. l. 16 ff. de pericul. & comod rei vend.*

LXXXIX. Venditor rei tradenda habens facultatem præcisè te-  
netur ad ipsius rei traditionem, nec liberatur prætando interesse. *§. 2.*  
*Inst. de donat. l. 11. l. 30. §. 1. ff. de act. empti. dissent. Bach. ad Treutl. vol. 1. D. 28.*  
*Th 2. lit. C.*

X. Beneficium l. 2. C de rescind. vend. non modo competit ven-  
ditori sed etiam emptori. *arg. l. 1. C. de cupress. ex luce Daphnens. Ludv. 11.*  
*Disp. ad Inst. 13. Th. 4. lit. G.*

LCI. Merces in locatione & conductione non consistit tantum  
in pecunia numerata, sed etiam in alia re fungibili. *l. 19. §. 3. l. 35. §. fin. ff.*  
*locati. l. 21. C. eod.* Nec distinguo cum quibusdam inter locationem fru-  
endi & faciendi.

XCI.

XCI. Conductor non tenetur ad Levissimam culpam, l. 5. §. 2. ff.  
commod: l. 13. §. 1. l. 9. §. 1. ff. locati l. 28. C. eod. exceptionem ponunt Da. in l.  
25. §. 7. ff. d. t. hanc, nisi res sua natura exactissimam requirat diligentiam:  
male.

XCI. Si faciam, ut des, & postquam feci, dare cessas dabitur a-  
ctio de dolo. l. 5. ff. de prescript: verb: actionem autem civilem dant  
l. 15. l. 22. ff. eod: l. 6. C. de Transact: VVissenb: D. 38. Th. 18. admittit anti no-  
miam, aitq; Deum scire quot in hoc articulo sint ignorantes.

XCI. Servitutes rusticæ non autem urbanæ possunt pignori  
dari. l. 11. §. ult: ff. de pignorib: & hypothec: l. 12. ff. eod. ratio diversitatis  
petenda erit ab utilitate quam creditori prætare possunt rusticæ præ  
urbanis.

XCV. Si ereditör consentiat tertio pignus obliganti, censemur non  
tam jus pignoris, quam prioritatis remittere voluisse l. 12. §. 4. ff. q. p. p.  
in pign. l. 21. C. ad SCium Vellejan.

XCVI. Juri reliendi pignus longissimo tempore posse præscribi  
veritati Theoreticæ magis convenit. l. 4. C. de præscript. 30. l. 40. annor.  
l. 3. C. de præscript. long. temp. argumentor: ubi est ratio præscriptiōnis,  
ibi etiam est præscriptio, at qui in jure reliendi est ratio præscriptionis,  
ut patet. E.

XCVII. Edictum Edilium pertinere etiam ad locationem & con-  
ductionem arbitror. l. 2. ff. locat. pr. Inst. eod. dissent. D. d. e. communiter per  
l. 63. ff. de Edilit. edit.

XCVIII. Evictio non habet locum in donatione, sive nuda con-  
ventione sive traditione interviente ea facta fuerit. l. 2. C. de evictiōnib.  
l. 18. §. 3. ff. de donat Bacchov. vol. 2. D. 2. Th. 5. lit. D.

XCV. Usuræ in contractibus stricti Juris regulariter non deben-  
tur, nisi in stipulationem fuerint deductæ. l. 1. C. 3. C. de usur. l. 24. ff. de  
præscript. verb. Hahn. in not. ad V. Vesenb. t. de usur. n. 2.

C. Dies solutioni appositus satis pro homine interpellat, eumq;  
absq; alia interpellatione nova in mora constituit. l. 12. C. de contra-  
hend. stipul. dissent. Bacchov. ad Treutl. vol. 2. D. 3. Th. 7. lit. D.

## T A N T U M.







est renunciare Senatusconsulto Macedoniano  
vian. fac. l. 27. §. pacta ff. de pass. l. pen. C. eod  
mento, utpote quod publicæ utilitati adver  
nem corrumpendi filios fam. l. 1. ff. d. t. s. 7.

LXXXIII. Filios familias a p. f. per digni  
tate exceptio SCti Macedoniani. l. 1. §. fin. ff.  
est, quod liberi per dignitatem intelligentur  
non in favorabilibus.

LXXXI. Foemina pro alio intercedens  
Vellejano tam Judicialiter, quam extrajudicia  
SCto Vellej: l. 41. ff. de minorib. Authent. mater  
offic. fung.

LXXXV. Mandatarius non solum pra  
mam culpam, l. 13. O. mandati l. 21. C. eod. qui  
accedit, de fide & industria sua spondere vide  
mandati.

LXXXVI. A perfecta venditione ne quic  
rum licet recedere. l. 3. l. 6. C. de rescind. ven  
contractu perfecto resilire non licet, minus r  
sint.


LXXXVII. Hereditate vendita jus accre  
tinere, juri nostro conformius est. l. 83. ff. de  
usufr. l. 2. ff. de hered. vel act. vend. Ludw. well

LXXXVIII. Venditione perfecta re tan  
culum est emptoris, non venditoris. l. 8 ff. de  
Inst. de empt. & vendit. l. 7. l. 16 ff. de pericul. & c

LXXXIX. Venditor rei tradenda habe  
netur ad ipsius rei traditionem, nec liberat  
Inst. de donat. l. 11. l. 30. §. 1. ff. de att. empti. diffen  
Th 2. lit. C.

XO. Beneficium l. 2. C de rescind. vend  
ditori sed etiam emptori. arg. l. 1. C. de cupre  
Disp: ad Inst. l. 3. Th. 4. lit. G:

LCI. Merces in locatione & conduce  
in pecunia numerata, sed etiam in alia re fu  
locati. l. 21. C. eod: Nec distinguo cum quibus  
endi & faciendi.



o Macedo  
cum jurat  
occasio  
o &c.

o compre  
don, ratio  
in odiosis  
iare SCro  
pen. ff. de  
d. mul. tut.

& levissi  
negotia  
ad l. 13. C.

ndio arrha  
q; arrhis à  
intervenē-

torem per  
lit. l. 33 ff. de  
Thes: 3.  
radita peri  
rei vend. §. 3.  
d.

præcisè te  
teresse. §. 2.  
, vol. 1. D. 28.

mpetit ven  
ns. Ludw. well

istic tantum  
l. 35. §. fin. ff.  
tiponem fru  
xCI.